Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



INTELLECTUS ASAPH.

ADTENDITE POPULE MEUS LEGEM meam! inclinate aurem uestram in uerba oris mei.

APeriam in parabolis os meum! loquar ppo sitiones ab initio.

QUanta audiuimus & cognouimus ea! & patres nostri narrauerunt nobis.

NON sunt occultata a filiis eorum! in generatione altera.

NArrantes laudes dñi & uirtutes eius & mirabilia eius quae fecit.

ET! suscitauit testimonium in iacob! & legem posuit in israhel.

QUanta mandauit patribus nris notas facere filiis suis! ut cognoscat generatio altera.

FILII qui nascentur & ea! exsurgent! & narrabunt filiis suis.